





VI. a. 192.



192

GIMELIA




VI. a. 192.


VI. a. 192.

Biblioteka Jagiellońska.



VI. a. 192.






Compendiosum Examen: pro ijs

qui sacris iniciandi sunt ordinis
bus/collectum/curamq; pas
toralem suscipere volentis
bus / maxime necessa
rium;

Crac.
1543







Vra est onerosa atque

sollicita custodia animarum alicui cōmissa. Ut animas hominum custodiāt ne pereant. sed potius vt saluentur. Sacerdotes igitur debēt scire ea que officium eorum maxime curatori iuxta quatuor etymologias huius no-

minis) vt habet Ioannes Damascenus) concernunt.

C Uno modo. Sacerdos dicitur quasi sacradicēs: ideo dicuntur etymologice sacerdotes: quasi missarum celebratores. Quare tantū de scientia habere debent: q̄ sciēt recte et distincte legere et ea que in missē officio continentur: ad minus grammaticaliter intelligere: congrue pronunciare: accentuare: et debite pronunciare.

C Alio modo sunt sacramentorum administratores. Ideo sacerdos dicitur quasi sacra dans. Quare tantum de scientia habere debent: q̄ sciant numerum sacramentorum: et que sit debita forma materiaq; cuiuslibet sacramenti: et modum ministrandi: ea maxime que ad eos spectant. **C** Tertio dicuntur confessionum auditores. Ideo sacerdos dicitur quasi sacer dux hoc modo: opus est eos scire discernere iter leprā et nō leprā: id est: inter peccatū et nō peccatū: et imponere satisfactiones salutes.

C Quarto sacerdotes sunt plebis doctores. Ideo dicitur sacerdos quasi sacra docens: hoc modo opus est eos scire ad minus in articulis fidei: et alijs preceptis dei informare.

C Item sacramentum secundum Joannem Scotum doctorem subtilem. dist. iij. q. v. quarti sententiarum. Est signum sensibile et diuina institutiōe significans affectum gratuitum ad salutem hominum viatorum ordinatum. Sed secundum Augustinum. x. de ciuitate dei. Est sacre rei signum. Sed secundum Magistrū. iij. sententiarum di. i. Sacramentum est: inuisibilis gratie: visibilis forma: vt in baptismo ablutio peccatorum: est inuisibilis gratia et aqua naturalis eiusdem: est visibilis forma.

4
Septem sunt sacra-
menta scilicet.

{ Baptismus.
Confirmatio.
Sacer ordo.
Eucharistia.
Penitentia.
Matrimonium
{ Extrema vinctio.

¶ Quorum duo sunt voluntaria: scz. Matrimonium et sacer ordo: quia nemo coartandus est ad sumendum ea. Sed alia quinque sunt necessaria, scz. Baptismus: Confirmatio: Eucharistia: Penitentia: et Extrema vinctio: quia sunt in precepto: et quilibet tenetur ea suscipere pro loco et tempore. ¶ Tria sunt sacramenta irreiterabilia: scz. Baptismus: Confirmatio: et Sacer ordo: quia in eis imprimuntur characteres indelebiles ipsi anime in collatione eorum. Unde reiterans ea secundum canones: est a susceptione sanctorum ordinum impediendus: et secundum leges decollandus. ¶ Reiterabilia sacramenta sunt quatuor: scz. Eucharistia: Penitentia: Extrema vinctio: et Matrimonium quia in collatione eorum non imprimuntur characteres indelebiles ipsi anime.

¶ Character est quedam spiritualis entitas: quam homo consequitur in susceptione sacramenti. ¶ Virtus seu effectus sacramentorum in generali. Est auferre culpam si inuenit eam. Et conferre gratiam vel est augere: si debite et deuote sumantur. Unde tria requiruntur ad omne sacramentum scz. materia: forma: et intentio ministri. ¶ Baptismus secundum Magistrum. iiii. sen. dist. ii. Est extinctio: id est ablutio corporis exterioris facta sub forma verborum prescripta. Vel sic. Baptismus: est extinctio facta in aqua verbo vite consecrata: ad delendum peccatum originale. Unde Baptismus grece: ablutio dicitur latine. Et baptizo: as: are: id est quod abluere. ¶ Triplex est baptismus. Nam quidam est fluminis: et est quando quis in aqua naturali baptifatur: et iste est sacramentum ecclesie: et tali baptismo nullus

5
seipsum potest baptizare: quia secundum Augustinum. 1.
Lib. de Trinitate. Nullus seipsum gignit corporaliter:
ergo nec spiritaliter: que regeneratio fit per baptismum:
ut dicitur Joannis iij. ergo, &c. Alius est baptismus fla-
minis: et est quando quis per infusionem gratie spiri-
tus sancti inuisibiliter mundatur a peccato. Et tali ba-
ptismo potest unus seipsum baptizare: habendo deuotio-
nem ad baptismum: proponendo in se: si haberes baptis-
mantem et oportunitatem velles baptizari. Et si talis mo-
reretur in huiusmodi proposito saluaretur. ¶ Alius
est baptismus sanguinis. Et est quando quis in proprio
sanguine baptizatur: quando scilicet non baptizatus suscipit
mortem pro fide Christi. Et ille baptismus proficit ad
salutem anime: dum tamen habeatur baptismus aqua
in voto ab adulto. Unde legitur in legenda sancte Ca-
therine de rethoribus: et de pueris in camino ignis. Sed
in pueris non requiritur tale votum: sed sufficit mors
tollerata pro Christo: ut patet de innocentibus: et nul-
lus potest seipsum baptizare hoc modo. Nulli enim li-
citur est seipsum interficere pro quacunque causa. Unde
factum Sampsonis et Josie: qui seipsos interfecerunt se-
cundum Beatum Hieronymum. non est trahendum in
consequentiam: quia privilegia paucorum non faciunt le-
gem communem. ¶ Materia baptismi: est aqua elemē-
talis naturalis: simplex: recens et munda: quia sacramē-
tum maxime necessitatis debet habere materiam maxi-
me communem: ne propter defectum materie aliquis im-
pediretur a susceptione baptismi: sed baptismus est hu-
iusmodi: ergo. Ex quibus patet: quod nullus potest bap-
tizari in aquis distillatis: sicut est aqua rosacea: nec vrina:
nec in brodio spisso: etiam brodio spisso iam resoluta: nec
oleo: nec in vino. Scire tamen debes: quod in casu necessita-
tis dum non possit habere aqua naturalis: potest fieri in
aqua expressa de luto et in aqua liquefacta ex melle: & si-
militer in lirinio collato per cineres. Unde scias siue aqua
sit calida tepida vel frigida: benedicta vel non benedicta

et nihil facit ad baptismum dum euitetur periculum
 pueri tempore frigidus. Sed benedicitur in ecclesijs: pro
 pter sollemnitate[m] et maiorem reuerentiam sacramenti.
 Forma baptismi secundum latinos quous greci habent
 aliam: in idem tamen redeunt: eo quod ambe faciunt. Chri
 stianum. Est hec. Ioannes ego baptizo te in nomine pa
 tris et filij et spiritus sancti. Amen. Unde baptizandus de
 bet nominari proprio nomine et exprimere debet bap
 tizans hoc pronomen ego: quous ambo non sunt necessa
 ria. Ideo illa forma predicta debet esse integra: et non
 corrupta: nec in principio dictionum: nec in fine debent su
 mi notionalia: sicut est genitor genitus. Si scias aliquos
 ex sacra deuotione addere ad predictam aliquem san
 ctum: dicentes et subiungentes: et in honore beate Ma
 rie virginis: que additio: et consimilis nihil facit ad ba
 ptismum. Minister extra casum necessitatis est solus sa
 cerdos: sed in casu necessitatis potest esse vir vel mulier:
 tam fidelis quam infidelis dum tamen intendunt face
 re quod faciet ecclesia: puta Christianum et semper di
 gnior in presentia plurium: debet baptizare minus di
 gno. Unde quando haberetur dubium: an puer esset ba
 ptizatus vel non. Potest baptizari sub tali forma. Si tu
 es baptizatus: ego non baptizo te: sed si tu non es bap
 tizatus. Ego baptizo te in nomine patris et filij et spiritus
 sancti. Amen. Item nullus coacte debet baptizari: sed so
 lum petens voluntarie adultus: et patrinus pro puero.
 Item baptizando semper serues ritum ecclesie immer
 gendo ter: vel semel: vel aspergendo ter vel semel quo
 non videaris nouus auctor haberi. Virtus vel effectus
 baptismi est: quod delet omne peccatum tam originale: quam
 veniale: et mortale confert et auget gratiam et aperit
 portam regni celorum et confert omnes virtutes tam mo
 rales quam theologicas: si non quo ad usum: tamen quo ad
 habitum. **C** Reiterans baptismum secundum leges de
 capitandus est: secundum canones ad sacras ordines non
 promouendus. **C** Et hecismus est instructio fidelium

4
tholice et eius meriti. ¶ Exorcismus est adiuratio de
monis: vt recedat ab anima baptisandi: et det locum spi
ritus sancto aduenienti. ¶ Confirmatio est chrismatio
facta in fronte hominis per Episcopum: vt confirmet et
corroboret hominem in fide catholica. ¶ Materia cō
firmationis: est chrisma confectum ex oleo oliuarum: et
balsamo per Episcopum Benedictum. Unde conficitur
ex oleo oliue: quod signat nitorem conscientie. ¶ Con
firmatus enim debet habere splendorem maioris lumi
nis fidei: quam non confirmatus et debet expresse fateri
fidem Christianam absq; requisitione. Similiter confi
citur ex balsamo: ad designandum odorem bone fame et
opinionis que debent esse in confirmato. ¶ Forma con
firmationis est. Consigno te signo crucis: confirmo te
chrismate salutis: in nomine patris et filij et spiritus san
cti. Amen. ¶ Minister confirmationis: est solus Epi
scopus: qui habet curam totius communitatis in sua di
ocesi: ad faciendum milites Christi ad audacter et sine
timore et verecundia confitendum fidem Christi. Unde
pueri baptisati vsu rationis aliquantulum habentes: tam
femelle quam masculi sunt confirmandi: apti enim sunt
ad confitendum fidem Christi. Item nullus hoc sacra
mentū scienter sine rationabili causa omittat: quia pec
caret mortaliter. ¶ Ritus confirmationis est qd con
firmatus inungitur fronte per modum crucis ab epi
scopis cum chrismate sub predicta forma verborum. Alia
pa vero que datur: non est de essentia: sed propter me
moriā habendam. Et locus frontis vnde debet regi
cum mundo panno ob sacramenti reuerentiam. ¶ Ef
fectus vel virtus confirmationis: est spiritus sanctus da
tus confirmato ad robur et audaciam confitendi nomen
et fidem Christi: Et si non sit obeer in susceptione noua
gratia datur: vel pristina augetur in collatiōe eius. Et
si digne et deuote sumitur: peccata tam venialia q̄ mor
talia obliuioni tradita ei dimittuntur. Unde scienter su
mens his hoc sacramentum secundum leges decolla.

bitor. ¶ Sacer ordo secundum Hugonem de sancto Victore sic describitur. Est signaculum quoddam: in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium ecclesiasticum. ¶ Septem sunt ordines sancti. s. Ostiarius. Rectoratus: Exorcistatus: Acholitatus: qui dicitur minores: quia homo promotus in his potest verum contrahere matrimonio nisi. Subdyaconatus: dyaconatus: et presbiteratus. Et illi dicuntur maiores: quia homo promotus in his non potest contrahere matrimonium.

¶ Ostiarius: est qui habet custodiam in ingressum et regressum ecclesie dei ne infideles heretici iudei: excommunicati: vel bestie intrēt. Et illum instituit Christus: quando euentes et vendentes eiecit de templo Dei.

¶ Rector: est ille qui habet legere lectiones et prophetias. ¶ Exorcista: est ille qui habet coniurare et depellere demones. Unde exorcista in greco dicitur adiurans vel increpans in latino. ¶ Acholitus est ille qui habet portare lumen vel candelā in suis manibus quando euāgelium legendum est: vel sacrificium offerendum. Unde Acholitus in greco dicitur cero ferarius in latino.

¶ Subdyaconus est ille qui habet epistolam legere in ecclesia dei: et calicem et patenam ad altare Christi deferre et leuitis tradere: eisq; ministrare. Et dicuntur subdiaconi quasi subiacentes preceptis et officiis leuitarum. ¶ Dyaconus: est qui habet legere Euāgelium in diuino missæ officio: sacerdotibus assistere: et eis ministrare in omnibus que aguntur in Sacramentis Christi. Puta: baptismo: Chrismate: in patena: in calice et alia omnia in altare disponere. Et dicitur Dyaconus: quasi minister: in omnibus enim potest ministrare sacerdotibus: Potest enim mensam domini disponere vestire crucem Christi ferre: et predicare Euāgelium et Epistolam ad populum. ¶ Presbiter: est homo masculus sacris ordinibus ordinatus ad conficiendum corpus et sanguinem Christi deputatus. Unde presbiter grece dicitur senio: latine non in etate: sed in honore et dignitate.

9
te. ¶ Materia sacri ordinis in generali: quāuis cuiuslibet sit specialis materia: quam ordinandus ambabus debet tangere manibus in porrectione talis materie. Est illud instrumentum per quod traditur ordo ordinato. ¶ Forma sacris ordinis in generali: licet cuiuslibet sit propria in speciali. Est accipere potestatem faciendi hoc vel hoc in ecclesia dei. Unde forma ordinis p̄biteratus. Est accipere potestatem consecrandi vel consecrandi Sacramentum in ecclesia dei pro viuis et mortuis. Unde ordinandus in sacris debet habere scientiam: grammaticam: logicam et rhetoricam: quia ille scientie r̄uiales multū faciunt ad scientiam pietatis: puta theologia: quadruiates vero parum aut nihil prosunt. ¶ Eucharistia est excellentissimum sacramentum corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi: latens sub speciebus panis et vini consecratis. Et dicitur ab eo. quod est bonū: et charis gratia: quasi bona gratia: quia in eo cōtinetur ille. s. Iesus Christus: fons gratie et om̄is bonitatis. ¶ Materia eucharistie est duplex. ¶ Una est panis de tritico cum aqua elementalī naturali recenti et munda consecratus. Et ergo in pascha in pane fermentato: in pane de filigine: vel ordeo vel alio grano: non potest cōfici cōpus Christi: nec cum alio liquore sicut est vinum distillato. ¶ Alia est hoc vinum de vite: et nullo modo in vino mororum pomorum viorum: cerpsorum: ceruissia: aceto: musto: vel alio liquore potest cōfici sanguis Christi. Et modica aqua que apponitur: non est de essentia sacramēti: ad denotandum vnionem populi cum Christo. Unde sacerdos consecrans plures hostias: non determinet se ad certum numerum: sed habeat intentionem consecrandi: quod est ante se. ¶ Forma eucharistie est duplex: secundum duplicē eius materiam. Una forma est panis que est hec. Hoc est enim corpus meum: vt patet. Matthei. xvi. Marci. xiiij. Lucę. xxij. Joannis. vi. Alia est vini in calice: et est hec. Hic est enim calix sanguinis mei: noui et eterni testamēti: mysterium fidei qui pro vobis et pro

multis effundetur in remissionem peccatorum. **C** Minister eucharistie est solus sacerdos: rite et legitime ordinatus: non existens in peccato mortali: et cui non est prohibitum celebrare. **C** Missa est diuinum officium in salutem fidelium ad consecrationem corporis et sanguinis Christi a sacris patribus institutum: et dicitur a verbo mitto: quia ibi filius dei mittitur in manus sacerdotis. Vel quia angeli mittuntur ad ministrandum sacerdoti. **C** Introitus est qui legitur quando sacerdos accedit ad altare dei. Et dicitur a verbo introeo: is ire.

C Collecta est oratio quia quis cum Deo loquitur. **C** Oratio est mentis in deum cum verborum expressio ne eleuatio. Et dicitur quasi oris ratio. **C** Prophetia est scientia diuinitus inspirata que ineuertibili veritate rerum euentus ostendit. **C** Epistola est superna commissionis per apostolos et alios sanctes dei ad hoc deditos collectio. Et dicitur ab epi: id est: supra et stolon missio: quasi superna missio. **C** Euangelium est diuine veritatis per sanctos euangelistas conscripta editio. Et dicitur ab eu: quod est bonum: et an quod est sursum et glorion nuntiatio: quasi bona de sursum nuntiatio. **C** Eas non est compositio verborum pertinentium ad diuinum officium et ad consecrationem corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi. **C** Extrema vinctio est sacramentum quod confertur per oleum oliuarum ab Episcopo benedictum ad delendum peccata venialia. Et dicitur extrema vinctio: quia datur illis qui laborant in extremis: quibus non est aliud remedium ad penitendum pro peccatis. Nam tales nullam aliam penitentiam susferre possunt. **C** Materia extreme vinctionis: est oleum oliuarum ab episcopo benedictum. Nam sicut oleum oliuarum possum in vulneribus mitigat dolores corporales: ita etiam hoc Sacramentum mitigat dolores spirituales: et etiam corporales. Unde oleum nucum: lini vel amigdalarum non est materia huius Sacramenti. **C** Forma extreme vinctionis est. Per istam sanctam vinctionem:

et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus
quicquid deliquisti per illicitum visum: auditum: gustu:
tactum: olfactum: in nomine patris et filij et spiritus
sancti. Amen. ¶ Nota quinq; sensuum exteriorum loca
debent ungi: similiter pedes propter gressum: quia in il
lis consistit radix peccati. Unde cecus a natiuitate: simi
liter surdus: et mutus: debent etiam inungi: quia forte
inordinate penituerunt: scz peccatum facere. Similiter
claudus etiam carentes membris debent inungi in locis
vicinis et dicenda est semper eadem forma. ¶ Mini
ster extreme unctionis: est solus sacerdos cum ministris:
siue sint presbyteri siue non. Unde solum infirmus de
cem et octo annorum vel ultra: et sumens eucharistiam:
petens ungendus est: et non pueri sed in agone existen
tes. ¶ Effectus siue virtus extreme unctionis: est re
missio omnium peccatorum venialium: et peccatorum
mortalium obliuionum. Similiter gratia habita augetur
et noua confertur. Et si infirmus sic unctus superuiue
rit potest intrare estuarium. ¶ Matrimonium est viri
et mulieris legitima coniunctio. in diuisuam vite con
suetudinem retinentium. Et dicitur matrimonij et non
patrimonij: quia matres habent maiorem laborem in
partu quam patres. Dicitur enim quasi matris munus:
id est: officium. Vel dicitur a materia et monos vnij: qua
si vna materia: id est voluntas eorum adinuicē. ¶ For
ma matrimonij est hec Ioannes: committo tibi Katheri
nam: committo tibi Ioannem in legitimum virum: in
nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Vel sic. Ac
cipio te in meam uxorem. Et ipsa respondeat. Accipio te
in meum virum: in nomine patris et filij et spiritus sancti
Amen. Similiter sunt plures alie forme: sed in idem re
deunt. ¶ Materia matrimonij. Est vir et mulier mu
tuum consensum inuicem habentes. Unde importat re
spectum extrinsecus aduenientem: puta applicationem
viri et mulieris adinuicem cum debita forma verborum.
¶ Effectus vel virtus matrimonij: est susceptio et plis

ductio et euitatio fornicationis. ¶ Institutio matrimo-
 nij: est facta in paradiso tempore innocentie ab ipso
 deo. ¶ Bona matrimonij sunt tria. scz. Fides ne ipse
 cum alia vel ipsa cum alio coeat. Proles: vt ametur: su-
 scipiatur et religiose educatur. Et Sacramentum: quod
 addit inseparabilitatem. ¶ Penitentia secundū Am-
 brosiū est preterita peccata plangere: et plangenda nō
 iterū cōmittere. ¶ Vel sic. Est sacramentū cū quis de
 plāgit peccata preterita cū pposito cauēdi se ad futurū.
 Et dicitur quasi pene tentio. Et sunt tres partes peni-
 tētie. scz. cōtritio cōfessio et satisfactio. Cōtritio est do-
 lor: volūtariē pro peccatis assumpt⁹: cū pposito cōfite-
 di et sa-
 tisfaciēdi. Et dicit a verbo cōterere: q̄est simul terere. Vñ
 contritio et attritio in hoc distant. Nam contritio est do-
 lor: de omnibus peccatis commissis. Attritio vero dolor:
 pro aliquibus peccatis tantum: et non sufficit pro remis-
 sione peccatorum. Ac tamen sepe vñum ponitur pro alio.
 ¶ Confessio est legitima coram sacerdote habente cla-
 ues ecclesie peccatorum declaratio: et hoc modo sumi-
 tur hic. Alio modo confessio est dei laudatio. Et confite-
 ri est deum laudare sicut in hymno de sancto Martino.
 Martine confessor dei. Et confessio est instituta a chri-
 sto: et a beato Paulo promulgata. Unde confessio ve-
 nit a verbo cōfiteor: cōposito a prepositione con et a ver-
 bo fateor: quasi simul vel ex toto corde: siue vñdq̄ fessio.
 ¶ Satisfactio secundum beatum Gregorium: est pec-
 catorum causas excidere: et earum suggestionibus aditū
 non indulgere. Et sunt quatuor partes satisfactionis.
 scz. Elemosina. Ieiunium. Oratio et Peregrinatio.
 ¶ Elemosina secundum beatum Thobiam: est que ani-
 mam a peccato liberat: et eam non patitur ire in tene-
 bias. Et dicitur ab elemosina id est. misericordia: et sy-
 na qd̄ est mandatum. Vel dicitur ab ely: quod est deus et
 syna mandatum: quasi mandatum dei: vel misericordie.
 Deus enim mandauit fieri elemosinam. Vel dicitur ab
 ely. quod est deus: et moīs aqua: quasi diuina aqua: ad

mundandum animam a peccatis. ¶ **Ieiunium** est quod 13
stimulum carnalium viciorum reprimat: mentem ad diu-
inorum contemplationem eleuat: gratiamque virtutum et
celestium premiorum impetrat. ¶ **Oratio** secundum Jo-
annem Damascenum: est pius mentis affectus in deum
tendens: et plerumque ne animus pigrescat in voce pro-
rumpens. Et dicitur quasi oris ratio. ¶ **Peregrina-
tio** est sanctorum locorum cum deuotione uisitatio.

¶ **Materia** penitentie est actus penitentis qui consi-
stit in cordis contritione: oris confessione, et pro pecca-
tis satisfactione. ¶ **Forma** penitentie: vel forma abso-
lutionis quod idem est. Nec est Dominus noster Iesus
Christus per suam magnam misericordiam te absoluat.
Et ego auctoritate ipsius qua fungor, absoluo te ab om-
nibus peccatis tuis contritis: mihi confessis: nec non ob-
litis: et a vineulis excommunicationis minoris si incidis-
sti. et restituo te in communionem sancte matris ecclesie:
in nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Vel sic se-
cundum doctores: que est essentialis et congruentior.
Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine
patris et filij et spiritus sancti. Amen. Unde effectus hu-
ius sacramenti est absolutio a peccatis. ¶ **Clauus** ec-
clesie sunt tres. Vna est clauis auctoritatis et illam ha-
bet solus Deus. Alia est clauis excellencie: et illam ha-
bet solus Christus homo. Tertia est clauis ministerij: et
illam habent sacerdotes ad curam regendam admissi.
Et illa est duplex. Nam vna est scientia discernendi in-
ter lepram et non lepram: id est: inter peccatum et non pec-
catum. Alia est potestas ligandi et absoluendi. Pecca-
tum est omne dictum factum: vel appetitum contra le-
gem dei. Et est triplex: scilicet. Originale: veniale: et mor-
tale. Originale peccatum est illud quod contractum est
a primo parente: scilicet Adam: et illud deletur per baptis-
mum. ¶ **Veniale** peccatum est illud per quod non vio-
latur preceptum dei. Vel sic. Est illud quod non separat
nos a regno dei: et illud deletur per aquam benedictam:

14.
per extremam unctionem: per deuotam orationem: et sic
de alijs. ¶ Mortale peccatum, est illud quod separat
nos a regno dei. Vel sic, Est quod violat preceptum dei:
et illud deletur per penitentiam. Peccatum in deū pa-
trem est quod quis committit ex debilitate. ¶ Pecca-
tum in deum filium: est quod quis committit ex ignoran-
tia. ¶ Peccatum in spiritum sanctū, est quod quis cō-
mittit sponte ex maliuolo animo. ¶ Decalogus est ser-
mo, vel liber tractās de decem preceptis dei. Et dicitur
a deca, idest decem: et logos sermo quasi sermo de decem
receptis dei.

Precepta dei
sunt decem. ¶ Unum crede deum.
¶ Nec vane iura per ipsum.
¶ Sabbata sanctifices.
¶ Habeas in honore parentes.
¶ Non sis occisor.
¶ Fur.
¶ Dechus.
¶ Testis iniquus.
¶ Nullus nuptam cupias.
¶ Nec res alienas.

¶ Dotes anime sunt quatuor: subtilitas, Impassibili-
tas, Claritas, Agilitas.

¶ Flamantia in celis sunt
quinq. ¶ Homicidium.
¶ Iura.
¶ Peccatum sodomiticū vel contra naturā.
¶ Detentio mercedis.
¶ Depredatio.

¶ Virtutes cardinales sunt quatuor: scz. Prudentia.
Temperantia. Iustitia. Fortitudo.

¶ Virtutes the-
ologicales sunt tres, ¶ Fides: est virtus theologicālis: qua quis
credit deum trinum in personis et vnum
in essentia.
¶ Spes: est certa expectatio future beati-
tudinis ex gratia dei: et proprijs meritis
proueniens.

Charitas: est motus animi ad seruendū
deo propter seipsum; et proximo propter
Deum.

Desperatio.
Inuidia fraterne charitatis.

Peccata in
spiritum san-
ctum sunt se-
prem.

Spes peccandi,
Interfectio.
Presumptio falsi, aut finalis penitētia,
Obstinatio in peccatis,
Impugnatio veritatis.
Dare bonum consilium petenti,

Opera miseri-
cordie spiritu
alia sunt sex.

Corrigere peccatores.
Consolari tribulatos.
Inimicis parcere et remittere.
Ferre persecutores.
Orare pro inimicis.
Pauperes spiritu.)

Beatitudi-
nes sunt oc-
to.

Dites.
Misericordes,
Esurientes,
Lugentes,
Pacifici.
Mundi corde.

Et qui persecutionem paciuntur.

Opera misericordie
corporalia sunt se-
ptem.

Esurientem cibare,
Sicientem potare.
Nudum vestire.
Infirmum visitare.
Incarceratum consolari.
Pauperi dare hospitium,
Mortuum sepelire.

Virtutes sunt septem: que opponuntur peccatis mor-
talibus, scz. Humilitas. Vergitas. Castitas. Pacientia.
Temperantia Charitas. Frequentatio in bonis.

Septem sunt dona spiritus sancti, scz. Sapientia. In-
telligentia. Consilium. Pietas. Fortitudo. Scientia: et

Timor: domini.

16

Virtutes delentes.

peccata sūt quinq.

Penitentia.

Ecclesiarum visitatio.

Peregrinatio.

Indulgentia.

Confessio.

Aliena peccata sunt nouem: quia sunt cum alia persona et non propria. **I**ussio est: cum quis iubet aliū peccare. **C**onsilium est: cum quis dat alteri consiliū ad peccandum. **C**onsensus est: qui consentit alteri ad peccandum. **P**alpo est falsus adulator: vel adulatrix. et est communis generis. **V**ersus. Quedam sunt opera solis maribus adhibenda. &c. **R**ecursus est: qui defendit peccatorem. **P**articipans est: qui capit partē de rebus male acquisitis. **D**utus est: qui vidit peccare: et dolose tacet: cū solo verbo sine sui periculo posset impedire. **N**ō obfians est: qui non vult peccato resistere. **N**on manifestans est: qui subtractam rem scit vbi est: et non vult eam indicare nec manifestare.

Peccata mortalia sunt septem: quia mortificant animam. **S**uperbia: est appetitus peruerse celsitudinis. **A**uaritia est insatiabilis et inhonesta quarumlibet rerū cupido. **L**uxuria est libidinose voluptatis appetitus. **I**ra: est ebullitio sanguinis circa cor. **G**ula: est immoderata cibi et potus cupiditas. **I**nuidia: est dolor de aliena prosperitate receptus: et in detrimentum alterius cōsurgens. **A**ccidia est tristitia aggrauans animū hominis.

Inobedientia.

Hypocrisis.

Filie seu rami superbie.

sunt septē.

Contentio.

Pertinacia:

Discordia.

Presumptio.

Jactantia.

Filie auaritie

sunt septem.

Proditio.

Fraus.

Fallacia.
Periurium,
Inquietudo mentis.
Inmisericordia.
Cordis obduratio.
Eccitas mentis.
Inconsideratio.
Inconstancia.
Precipitatio.
Amor sui.
Odium dei.
Amor presentis seculi.
Desperatio siue horror futuri seculi.
Rixa.
Timor mentis.
Contumelia.
Clamor.
Indignatio.
Blasphemia.
Inepta leticia.
Scurilitas.
Immundicia.
Multiloquium.
Hebetudo sensuum.
Odium.
Subdiatio.
Inuidie sunt
quinq; rami. Detractio.
Ecultatio in aduersis proximi.
Afflictio in prosperis proximi.
Malitia.
Radices ac
cidie sunt sex. Rancor.
Vusillaminitas.
Desperatio.
Torpor circa precepta
Vagatio mentis erga illicita.

Symbolum/ est collectio articulo

rum fidei Symbolū est quadruplex: vt habet Iſidorus. vij. lib. etymologiā capitu. vij. Nam quoddā est symbolum Apostolorum. Et est edictio apostolorū in primitia ecclesiā in qua comprehēditur fides catholica. Et illud dicitur ſecrete in matutinis in primas et in completorio. Et vocatur. Credo in deum patrem omnipotentem: creatorem celi et terre. ¶ Aliud est symbolū iuris. ſc. primus titulus de ſum. trini. et fide catholica. ¶ Tertium est ſymbolum Nicenum et dicitur nicenum quia factum est in ſynodo niceno: propter grecos qui negabant proceſſionem ſpiritus ſancti ab vtroq: et illud ſic legitur in dominicis diebus alta voce. Credo in vnu deum Patrem omnipotentem. &c. ¶ Aliud est ſymbolū Athanaſij et est illud quod dicitur in prima in dominicis diebus alta voce. ſc. Quicumq; vult ſaluus eſſe: ante omnia. &c. Et dicitur a ſin. quod eſt con: et bolos mortuus: quia quilibet apoſtolorum poſuit morſellum: id eſt articulum: vt parebit poſtea.

Quoddecim ſunt articuli fidei.

¶ Petrus. Credo in vnum Deum patrem omnipotentem: creatorem celi et terre.

¶ Andreas. Et in Jeſum Chriſtum filium eius vnici dominum noſtrum.

¶ Iacobus maior. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto natus ex Maria virgine.

¶ Ioannes euangelista. Paſſus ſub pōrio pylato: crucifixus mortuus et ſepultus.

¶ Thomas. Deſcendit ad inferna: tertia die reſurrexit a mortuis.

¶ Iacobus minor. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis.

¶ Philippus. Inde venturus eſt iudicare viuos et mortuos.

10
19

¶ Bartholomeus. Credo in spiritum sanctum.
 ¶ Matheus. Sanctam ecclesiam catholicam: sancto-
 rum communionem.
 ¶ Symon. Remissionem peccatorum.
 ¶ Iudas Thadeus. Carnis resurrectionem.
 ¶ Matheus. Et vitam eternam. Amen.
 Differunt. Hostia significat. Pozegnana ofiara: Obla-
 tio: Dobrowolna ofyara. Libamen. Zywa ofyara. Ho-
 locaustum. Pokarmu ofyara. Sacrificium Martwa
 ofyara.

Practica.

¶ Ciclus est spatium temporis: plures annos conti-
 nens: in se reuertens. Et ciclus dicitur quasi circulus:
 quia reuertitur in se ad modum circuli. ¶ Item tri-
 plex est numerus, scz. Digitus articulus: et numerus co-
 positus. ¶ Digitus: est omnis numerus minor dena-
 rio: hoc est omnis numerus infra decem. ¶ Articulus:
 est omnis numerus divisibilis in decem partes equales:
 sic qd nihil sit residuum: neq; diminutus: vt x. xx. xc. ¶ Nū-
 rus compositus siue mixtus: est qd constat ex digito et arti-
 culo: vt. xi. xij. xij. xc. xxi. xxij. xxij. xc. xxxi. xxxij. xxxij. xc.
 ¶ Annus est spatium temporis quinquaginta duarum
 hebdomadarum. Item duplex est annus. scilicet. Com-
 munis et bisextilis. ¶ Annus communis est: qui habet
 trecentos et sexaginta quinque dies et sex horas: et illorū
 annorum sunt tres: in quibus litera dominicalis semel
 variatur. Unus bisextilis: est qui habet. ccc. lvi. dies.
 Et in illo anno litera dominicalis bis variatur. Et qua-
 re plus habeat in vno die: qd annus communis assigna-
 tur. Ratio hec: quia in quolibet anno comū sunt sex ho-
 re superflue: et ille sex hore in quarto anno constituunt
 diem natura'em: qui facit annum bisextilem. Et est du-
 plex dies: scilicet. Naturalis et artificialis. ¶ Dies na-
 turalis est spatium temporis. xliij. horarum: vt de vna

media nocte ad aliam. ¶ Dies artificialis: est locatio
solis super nostrum hemispherium. ¶ Nota Ciclus est
duplex. scz. Solaris et lunaris. Ciclus solaris est spatio
um temporis. xxvij. annorū vltra se non extendens. Et
autem Ciclum solarem scire volueris tunc considera an
nos ab incarnatione domini: vt videas quod habeas cen
tenarios: et illos numera per membra seu iuncturas di
gitorum: et serua membrum vltimi centennarij: et post
hoc numera versum sequentem.

xxv xx xij i xvij v xxi
Penta vigint. tred. Jota. desep. quina. monouigint.
ix

quoq; nouem.

¶ Et si versus deficit resumendus est: donec tanga
tur membrum signatum: et tunc considera numerū ista
us dictionis: que tangit membrū signatum. Postea nu
mera articulos etiam per iuncturas digitorum: et serua
membrum articulozum: et numera versum sequentem.

x xx ij xij xxij liij xliij
Dena. vigin. duo. duod. vigindu. quatu. quatuordec. via
xliij vi.
ginq. sex.

¶ Considera tunc istum numerum dictionis: que tan
git membrum signatum: et adde istum numerum: et si
aliquid superfuerit etiam adiunge: et si iste numerus ex
cedit viginti octo: tunc a toto collecto subtrah. xxvij.
quotiens poteris: quia est regula: quando in ciclo solaris
numero pratico excreuit vltra. xxvij. tunc semper. xxvij.
sunt abscijenda. et tunc reliquus numerus ostendit ci
clum solarem: et quando aliqua figura non haberet ar
ticulos vltra centenarios: nec annos residuos: sed ex cen
tenarijs reperitur nouem vel. xc. Tunc nihil est adden
dum. nec subtrahendum. vt patet in ista figura. 1400. ibi
habetur nouem: vt patet per numerum Penta vigint.
¶ Item ciclus solaris valet ad inueniendum litteram
dominicalem. Cum autem scire quis voluerit: seu inue

21

uenire literam dominicalē: numeret ciclum solarem per
iuncturas digitorum: deinde legat hunc versum: **Grif.**
7c. donec tangat membrum signatum: et si inditio que
tangit membrum signatum est vna litera: de illis septem
literis dominicalibus, s. **A. b. c. d. e. f. g.** tunc talis annus
est communis. Si autem in tali dictione sunt due litere
dominicales: tunc est annus bisextilis, et prima litera du
rat vsq; ad festum **Matthie**: et secunda instat et durat p
circulum anni.

Grif e dit ci bas gri fo nes die bo na
gri fe di ci us aug fo: e dus cib au
gur si ed oc au b.

¶ Et isti versus valent ad inueniendam literam domi
nicalē: et litera dominicalis est litera que designat no
bis dominicalem diem. Et sunt septem litere dominica
les, s. **A. b. c. d. e. f. g.** Et in quolibet anno comuni est vna
et in anno bisextili sunt due. Et prima durat vsq; ad fes
tum **Matthie**: vt supra: versus **Post Matthie** diem mor
iungito feriam. Litera si pridem domini variat ibidem.

De Ciclo Lunari,

¶ Ciclus lunaris est spatium temporis .xix. annorum
vltra se non extendens. Cum autem ciclum lunarem sci
re quis voluerit tunc cōsideret annos incarnationis quot
habeant centenarios: et istos numeret per membra di
gitorum et signet membrum seu iuncturam vltimi cen
tenarij: et post hoc legat versum sequentem: locando in
quolibet membro vnā syllabam: quousq; peruenerit
ad membrum signatum.

Si la q̄s bar go ma ri cis pe nas si
que in oc tor e Ra pe as.
I ih

¶ Et si versus deficit: resumendus est: vt prius do-
nec tangat membrum signatum: et postea consideret
syllabam tangentem membrum signatum que sit eius
prima litera: et quota ista sit in ordine alphabeti et no-
strum talē tunc notet: post hoc videat de articulis: quot
habeat: et istos etiam numeret per iuncturas digitorū
et signet membrum vltimi articuli: et numeret de super
istum versum.

i xi h kh lh rli iij rlii
¶ Monos, vnde, duo, duod, tres, tred, quatu, quatuorde,

¶ Et numerum dictionis que tangit membrum signa-
tum: istum tunc predicto numero adiungat per additio-
nem: et si quid vltra articulos fuerit: etiam adiungat: et
tunc si iste numerus excedit, xix, subtrahat decem et no-
uem quotiens poterit: quia est regula in ciclo lunari: si sit
numero practicato excreuit vltra, xix, tunc decem et no-
uem sunt abijcienda: et reliquus numerus ostendit ci-
clum lunarem: seu aureum numerum. Et cyclus lunaris
valet ad inueniendum interuallum: videlicet numeran-
do cyclum lunarem per iuncturas digitorum: et si guet
membrum vltimi numeri: et numeret tunc istum versum:
videlicet Ethereas, &c. Locando in quolibet membro
vnam istarum dictionum: et dictio tangens membrum
signatum ostēdit interuallum: videlicet, quot literas ta-
lis dictio habet: tot hebdomadas habebimus pro inter-
uallo illius anni. Hoc tamen interdum fallit: et ad enu-
tandum hoc: videat que sit litera dominicalis: et postea
prima litera dictionis reperte per cyclum lunarem: si tūc
talī litera dominicalis precedit primam literam dictio-
nis in ordine alphabeti cadentis sub membrum signa-
tum. Tunc vna hebdomada est adiungenda. Si autem
sequitur: vel eadem litera dominicalis tūc stabit sine ad-
ditione. Et in anno bisextili: tunc ista additio debet fieri.

23
ri penes secundam literam dominicalem et non per primam: ut patet per versus sequentes. Anno bisextili concurrunt duo grammata Christi. Ebdas si queras: tenet ultima litera veras. ¶ Intervallum est numerus hebdomadarum novem concurrentium a proxima dominica post festum Natiuitatis Christi vsq; ad Esto mihi Eteras aretra fraudula baculos edere claudunt fraudo diuertere gaudēs caudit a nostro pba dentas. Brandeblantans alicens dioca blandens lustra clementis.

De Concurrentibus.

¶ Item nota concurrentes sunt duplicia. scz. Concurrentes hebdomadarum et anni concurrentes. Hebdomadarum sunt sex dies: que mediant inter diem Natiuitatis Christi, et inter proximam dominicam sequentem post festum Natiuitatis Christi. Et illud potes acquirere per versus sequentes: A nil, b, iota, c, duo, d, tres, e, quatuor, f, quinq; g quoq; dat sex.

¶ Item concurrentes anni sunt dies: qui mediant inter primam dominicam post festum Natiuitatis Christi: et inter festum Circumcisionis. Et illud habetur per versus sequentes. A nil b sex, c, quinq; d, quatuor. E trinos: f binos: g monos.

¶ Concurrit in anno: preter in isto anno: quando A et G sunt litere dominicales: tunc secunda litera dat concurrentes et additur feria. 7c. ¶ Iustrum est spatium quinq; annorum, et tria lustra faciunt indictionē. ¶ Inditio est spatium quindecim annorum. Et si indictionem inuenire desideratis: tunc subtrahite ab annis incarnationis, 1422. et si remanserit plura quindecim: tunc subtrahite quindecim quotiens poteritis: et reliquus numerus ostendit indictionem versus. ¶ Ab annis tolle mille quodringenta viginti, quoq; duo. Ultra, quod inuenias pro indictione sentias. Qui si excedas quin tola

las reliquum teneto. ¶ Item alter modus inueniendi
 di inditiones: subtrahere ab annis domini. 1457. et po-
 sta subtrahere quindecim quotiens poteris. 7c. ¶ Fe-
 stum sic describitur. Est dies ob reuerentiam dei et san-
 ctorum suorum. a sanctis patribus institutus. Et duplex
 est festum. s. fixum et mobile. Festum fixum: est festum
 habens certum locum in Kalendario sibi signatum: ve-
 sunt festa sanctorum apostolorum: martirum: confesso-
 rum. 7c. Festum mobile est festum quod penes ascen-
 sum et descensum lunationis celebratur: nullum certum
 locum habens in Kalendario. Et dicitur ideo mobile:
 quia non habet certum et fixum locum in Kalendario si-
 bi signatum. sed singulis annis variatur. ¶ Et nota q̃
 quinque sunt festa mobilia. scz. Septuagesima. Quadra-
 gesima: Pascha. Rogationum. Penthecoste. ¶ Septua-
 gesima est festum q̃ continet in se septuaginta dies: que
 designant nobis septuaginta annos. quibus filij Israel
 erant in vinculis pharaonis. ¶ Quadragesima. est fe-
 stum quod continet in se quadraginta dies quos Chri-
 stus ieiunauit in deserto: et etiam sunt obseruancia Moy-
 se et Helia. ¶ Pascha: est festum in quo dominus nos-
 ter Iesus Christus surrexit a mortuis. Et dicitur a pas-
 sche grece: quod est transitus latine: quia tñc Christus
 transiuit de morte ad vitam. ¶ Rogationum: est festum
 in quo dominum nostrum Iesum Christum rogare de-
 bemus: vt defendat nos a subitanea et improvisa morte.
 Et dicitur rogationum in plurali et non in singulari: q̃a
 non semel rogare debemus. sed pluries. ¶ Pentheco-
 stes: est festum in quo dominus noster Iesus Christus
 suis discipulis misit spiritum sanctum. Et dicitur a pen-
 ta: quod est quinque. et coste quod est decem: quasi quin-
 quies decem. quia quinquaginta sunt dies a festo Pa-
 sche vsq̃ ad festum Penthecostes. ¶ Diceret aliquis
 plura sunt festa mobilia quam quinque. Probat: festum
 Corporis Christi: et aduentus domini: que etiam sunt
 festa mobilia. et sic erunt septem. Dicitur q̃ solum sunt

13
quinq; festa mobilia antiquitus instituta: sed illa sunt fe-
sta nouiter instituta: et sunt minus principalia. Et licet
aduentus domini sit festum antiquum: tamen non va-
riatur: per integram hebdomadam: sed tantum ad tres
vel quatuor dies. ¶ Item adinueniendum festa mobilia:
notandi sunt versus sequentes.

Quini tres dant: sex autem quatuor assumunt. 25

Post septem quinq; post octo sexq; relinq;.

Post nouem septem numera: post decem octo tu da.

Pro intellectu illorum versuum est notandum. Quan-
do habes quinq; pro intervallo: tunc numera tres heb-
domadas a dominica: a qua hebdomade intervalli sunt.
Inchoande: tunc habebis septuagesimam. Si habes sex
pro intervallo: numera quatuor: et sic de alijs.

¶ Item alia festa mobilia habentur per hos versus. Tu
septuagesima per tres sit tibi quadra

Post sex pascha: post quinq; sit tibi roga.

Post bis septem dies sit tibi festum spiritus almi.

Et post christi quod celebrabitur corporis festum.

Ad inueniendum aduentum domini.

¶ Nota quando b. c. d. vna illarum est litera domini-
calis: tunc Aduentus domini celebratur proxima domi-
nica ante festum Andree. Sed quando a. f. g. vna illarū
est litera dominicalis: tunc celebratur proxima domini-
ca post festum Andree. Sed si e. fuerit litera dominica-
lis: tunc aduentus domini celebratur in prima die san-
cti Andree. Et festum Andree celebratur secunda fe-
ria Versus.

Andream capit b. e. d. aut a. f. g. aufert.


Et remouet sanctum solet illuc ponere christum:


¶ Aduentus domini habetur etiam per hunc versum.

Aduentus domini sequitur solennia Vini, &c.

Finis.

Impressum Cracovie per Mas
thiam Scharffenberg, Anno do-
mini Millesimo quingentesimo
quadragesimo tertio.





Biblioteka Jagiellońska



stdr0034900,

